



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Dispositio Et Perioche Historiae Evangelicae Per IIII.
Euangelistas contextæ, necnon Actuum apostoloru[m],
Epistolaru[m] quoq[ue] Pauli XIII. & Canonicaru[m] VII.**

Bullinger, Heinrich

Tigvri, 1553

VD16 B 9605

Argvmentvm Prioris S. Ioan. Apostoli Epistolæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-35634

EPISTOLA

diciū dei futurū asserit, docens fidelū esse, ut contemptis
 impijs illis ipsi sese parent ad diem illā certissimā quidē,
 sed nemini tamē cognitam. Porro hæc omnia argumen-
 tis agit pressis & densis, euidētibus atq; clarissimis.
 Stilus enim grauis est, sed argumentū facile pijs, et quod
 singulis propemodum uerbis maxima offerat mysteria,

ARGUMENTVM PRIORIS
 S. IOAN. APOSTOLI
 EPISTOLAE.

Statos.

DELIBERATIVI generis est Epistola.
 Nam hortatur credentes, ut puritate uitæ &
 charitate fraterna, Christum exprimant. Initio autem
 totum Christi negotiū paucis proponit. Deinde ne quis
 I ex redemptione Christi peccandi sibi (id quod pleriq;
 tum quoq; solebant) arriperent licentiam, docet fidem
 in Christum congenitam sibi habere puritatem uitæ: ad
 cuius amorem & studium uehementissime inflammat.
 2 Cæterum erant qui currentes in uia domini remoraren-
 tur hæretici & homines maligni: hos ergo fugiendos
 suadet, ut antichristos, & annunciatae ueritati indiuul-
 5 herendum. Mox redit, & iterum ad puritatem uitæ
 animat. A qua deinde ad charitatem transit, adhortās,
 ut hac fratribus sincere seruiamus, & re ipsa, nō uer-
 bis

bis diligamus. Hic uero interserit quædam de proban- 4
dis spiritibus: redit ad charitatem: & fidei uel fideliter
excussa, pulchre claudit Epistolam. Fidei enim in supe- 5
rioribus quatuor capitibus, sæpe meminerat: unde pro
more apostolico, diligentius eam retractanda erat.

Hiscæ itaq; oppugnauit, et ueluti ex obliquo subruit *Ocasie.*
cum Hebionica & Cerinthiana phalange, pseudo-chri-
stianos etiam omnes: quorum illi Christum penitus ab-
negabant, hi uero uerbis, imò loquacitate futili Christi
quidem confitebantur, uita autem referebant cacodæmo-
nem. Isti præterea Ioanni ansam scribendi præbuisse ui-
dentur: quanquam pia senis cura & Christianæ plebis
amor pijsimum Apostoli animum, proculdubio ad scri-
bendum uel maxime impulerunt.

Epistola est nostris temporibus accommodatissima, *Vfus.*
quippe quæ homines protulere, quorum alij diuinitatem
Christi in dubium ponunt, alij uero humanitatem igno-
rant, & alij rursus sint qui pietatem metiantur uel hu-
manis commentis, uel ceremonijs, uel suauibus & ex-
politatis de Christiana religione uerbis. Isti autem omnes
hac epistola discunt, Christum Iesum uerum esse deum
& hominem. Discunt Christum Iesum unicam et æter-
nam esse orbis salutem. Discunt ueram religionem con-
sistere in fide, uitæ puritate & charitate: nõ in loquen-
tia, hostijs, aut humanis inuentis.